

DE QVINTV
PLICI SVBSTITV
TIONE LI
BELLVS.



Ioanne Cruceo autore.

VIRTUTE DVCE,



COMITE FORTVNA.

APVD SEB. GRYPHIUM
LVGDVNI,
1536.

2
IOANNES CRUCEVS SEB.
GRYPHIOS.

Mitto tibi libellum (qui nuper absolutus, De
Quintuplici Substitutione inscriptus est) claris-
simo uiro, D. Francisco Belcerio militi, primoq;
apud nostram Burdigalam præfidi dicatum. Te
obnixè precor, hunc prælo tuo ita committas,
ut tam paruum opusculum ad iustâ uoluminis
crassiciem reddas: opusculū inquam, quod non
mihi dignum uidebatur, ut in lucem prodiret:
nisi à multis uiris, uel doctissimis, iam compro-
bari uiderem: quorum precibus effectum est, ut
ad te mittatur: quippe qui tam syncere, tamq;
fideliter libros excudas, idq; industria, labore, &
opera doctiss. uirorum, quos multos tui similes
domi tuæ foues, Reip. literariæ semper com-
modare cupiens. Istos tuos conatus^c
precor, Deus Opt. Max. semper
secundare dignetur. Bene
uale: Ex inclyta Burdi-
gala, pridie No-
nas Augu-
sti.
M. D. XXXV.

ILLVSTRIS-

SIMO AC HVMANISS.

uiro, D. Francisco Belcerio, militi, primoq; apud Lunatam Burdigalam in parlamento praesidi meritis.

Ioannes Cruceus Picardus, SAL,



IRIFICA ista tua iurisprudencia, æquissime Praeses, & inusitata quaedam in iure dicundo æquitas, neminem non ducunt,

ac potius trahunt in tui admirationem. Me uerò (ut quod sentio dicam) ita rapiunt, ut nisi aliquo publico testimonio meam tuarum uirtutum (quas omnes ipsa Iustitia in te cummulauit) admirationem testificarer, me plane ingratum iure existimari putem: qui re, & consilio, maxima cum beneuolentia, atque humanitate meis conatibus, & studiis semper fauere dignatus sis. Itaque cum nuper libellum quendam (cui titulum feci De Quintuplici Substitutione) cum ex uariis Doctorum commentariis, tum ex puris sacrarum legum atque constitutionum textibus collegissem (idque

DE VVLGARI SVBSTITVTIONE.



VVLGARI S⁴ hoc modo concipi solet: Si ille hæres nō erit, ille hæres esto⁴. hoc ideo nomine dicta, q̄ uulgo fiat; sæpissime enim ita homines substituunt: Si Titius hæres nō erit, Seius hæres esto. In qua duo extrema considerare oportet: ^b unum quod ad eum pertinet, cui fit substitutio: alterū quod ad substitutū refertur: nam uerba ista, Si Titius hæres nō erit, ad eū referuntur, cui facta est: Seius hæres esto, ad substitutum quorum extremorū prius negatiuè, posterius affirmatiuè atq; positiuè semper enūciatur.

Eius tres species esse dicuntur: expressa, tacita, partim expressa & partim tacita. Expressa, quæ modo supradictō concepta est. Tacita, quam pupillaris expressa in se continet: nā si pater impuberi filio in alterū casum substituit, in utrūq; casum substituisse intelligitur, ^c Cum testator filiū impuberē instituit,

2. §. j. In ff. co.

b. Bar. in l. j. ff. co.

c. l. Tam hoc iure. ff. co.

4 3 instituit,

Et in diebus illis
 dicit dominus deus
 israel: quia non
 est in vobis
 qui timeat me
 dicit dominus deus
 israel: quia non
 est in vobis
 qui timeat me
 dicit dominus deus
 israel: quia non
 est in vobis
 qui timeat me

